









1  
2  
3  
3  
4  
4  
5  
5  
6



1707.

1. Bodinus, Henricus : De jure collectandi vin ciues.
2. Bodinus, Henricus : Dissertatio nem de iur. juridic. que  
Differencia juris secularis Et Henricus a jure ciuili  
evadit . . . publicae . . . ad quatuor uni submittit.
- 3<sup>o</sup> Bodinus, Henricus : De statu republicae Germanicae  
fundati
- 3<sup>o</sup> Bodin, Henricus, Jo : De statu rei publicae Germanicae  
fundati et fundis regalibus. 1752
- 4<sup>o</sup> Bodinus, Henricus : De Libris mercatorum suspectis.  
2 Sect. 1707: 1724.
- 4<sup>o</sup> Bodinus, Henricus : De Libris mercatorum suspectis Ed. 3.
- 5<sup>a</sup> Bodinus, Henricus : De errore communi circa creatu-  
ras, quae in scriptis conficiuntur.
- 5<sup>b</sup> Bodin, Henricus, Jo : De errore communi circa demonstrat.,  
quae in scriptis conficiuntur
6. Bodinus, Henricus : Dissertatio juridica, non. continens  
selectas conclusiones juris controversi.

7<sup>a</sup> <sup>2</sup> Bochner, Justus Henricus: De observantia celsitudinis  
1707, 1723 & 1736

8. Bochner, Justus Henricus: De verbis directis et obliquis  
9<sup>a</sup> <sup>2</sup> Bochner, Justus Henricus: De codicillis atque testibus  
validis 4 Sump. 1700, 1732, 1736 & 1744.

10<sup>a</sup> <sup>2</sup> Bochner, Justus Henricus: De collisione probatorum  
5 Sump. 1707, 1738 & 1761.

...nieder

...us  
...ikus

...um

4







10851  
2. D. B. V. 1807 2 8  
DISSERTATIONEM INAUGURALEM JURIDICAM  
QUA

**DIFFERENTIA**  
**JURIS STATUTARII**  
**ZITTAVIENSIS A JURE**  
**CIVILI**

EVOLVITUR,

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO

SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

**DN. PHILIPPO WILHELMO,**

PRINCIPE BORUSSIAE, MARCHIONE BRAN-  
DENB. CETERA,

AUCTORITATE ILLUSTRIS ICTORUM ORDINIS,  
PRAESIDE

**DN. HENRICO BODINO,**

REGIM. ECCLES. REGII IN DUCATU MAGDEBURG.  
CONSILIARIO, PROF. PUBL. CELEBERRIMO  
ET h. t. DECANO.

IN ALMA FRIDERICIANA REGIA

**PRO LICENTIA**

Summum in JURE Gradum & PRIVILEGIA DOCTORALIA  
rite capeffendi

IN AUDITORIO MAIORI

Horis ante & pomeridianis

Die Decembr. MDCCVII.

Publicæ Eruditorum disquisitioni submittit

**JOH. CHRISTIAN JOHNE,**  
ZITTAU. LUSAT.

HALÆ MAGDEBURGICAE,

Typis JOANN. GRVNERI, Acad. Typogr.





B. C. D.



Inter ea argumenta, quæ mihi circa eligendam materiam disputatoriam occupanti, in mentem veniunt, proximum haud esse videtur, illo, quod Jura statutaria patria respicit; præprimis cum & causas in Foro peroranti nil turpius, nil indignius accidere possit, quam impingere in Jura loci, quo quis versatur, quam ob rem etiam ex pristinis Romanorum temporibus constat, Servium a Quinto Mucio ideo objurgatum fuisse, referente Gajo in *L. 1. §. 43. ff. d. Origin. Jur.* Non absque causa hinc constitui, hoc specimine diputatorio differentiam Juris Patrii seu statutarii Zittaviensis à

A 2

Jure

Jure civiū, quantum fieri poterit, brevitate evolvere. Cum autem hęc in parte, ut ab Ordine Statutorum recedamus, necesse haud fuerit, ideo secundum ductum illorum rem ita absolvemus, ut primo semper unam post alteram ponamus quæstionem ex Jure civili, posteave, quid Juris sit statutarii, adjiciamus. Sit itaque annuente Divinâ gratiâ absque ulteriori ambage:

*Quæst. 1.*

Num Pater invitus ad constituendam dotem filiæ elocatae possit adstringi?

**E**Xpediti Juris est affirmativa in Jure civili *per L. 19. ff. d. Rit. Nupt.* ob rationem, quæ traditur *in L. 20. C. d. Jur. Dot.* Limitationes, quæ sunt, exhibentur a *Dd. ad Tit. ff. d. Jur. Dot.* Nostrum est, dispicere, quid hac in parte Juris sit statutarii. At cum in eo de dote, *Ehe-Gütter / Ehe-Steuer / Heyraths-Gutte / Mit-Giffst* nullibi quid cautum reperitur; Itaque quæstio hic allata pariter non aliter quam affirmative quoad Jus patrium erit decidenda. Eam tamen ideo hic apponere visum fuit, quod adhuc in Jure Statutariorum nostro Zittaviensi Textus adesse velint, qui dubium aliquod circa hanc rem excitare videntur. Habentur enim in §. I. Cap. I. *Von Erb-Fällen.* verba: *Nimmt ein Mann oder Junger Gefelle eine Frau oder Jungfrau zur Ehe und hat mit ihr nicht Kinder, ver-*  
*stir-*

stirbet er eher denn die Frau/so soll ihr von seinen Gütern folgen ihre Morgen-Gabe/  
 ubi expresse videtur positum, quod dotem possit petere uxor ex bonis mariti, ad quam etiam constituendam maritus Jure statutorio esset adstrictus per *S. 2. Cap. 15. Vom Ehelichen Gelübden.* verb.

So viel aber die Ehestiftung und Veredung der Ehe und Morgen-Gabe betrifft / soll ein jeder Bürger und Einwohner / er sey Vater oder Vormund oder Bluts-Freund / der seine Tochter / Mündlein oder Freundin einem Wittber oder Junggesellen ehelich zuzusagen und zu verheyrathen bedacht / auf den Tag der Verlobung und Ehe-Veredung von Bräutigam die Morgen-Gabe noch der Stadt Altherkommen und Gebrauch abfordern.

Verum ante omnia hic circumspicere oportet, ipsa verba, atque totius rei intellectum, ubi a. facile deprehendimus, primam rationem dubitandi exortam esse ex vocabulo in Statutis posito: Morgengabe / per quam vocem (Jure tamen invito) dotem intelligi volunt. At cum dos & Morgengaba neutiquam inter se conveniant, sed plane distinctissima sint; quippe Morgengabe nihil aliud involvit, quam remunerationem a marito factam conceditæ pudicitie, vel etiam in compensationem delibatæ virginitatis *Dn. Menck. ad ff. p. 353.* quæ Morgengaba pariter Jure Saxonico communi fundata est, atque uxori constituitur a marito, uti videre est ex *Hahn. ad Wesenbec. Tit. ff. d. Jur. dot. S. ult.* Hinc quæ expressis verbis tantum de Morgengabe hehelic dicuntur, neutiquam ad dotem simul erunt profertenda. Dos autem, uti dictum, quod ea pariter a marito uxori sit constituenda, nullum verbulum aut vestigium in Jure statutorio reperitur, ut ideo Jure meritoque etiam hic

subsistendum Jure civili & communi, idque tanto magis, quofavorabilius Jus atq; favor constituendæ dotis concurrat.

Insuper ratione dictæ Morgengabæ obiter notato. 1.) Quod si sponsæ hujus promissio die sponsaliorum publicorum a sponso non fuerit facta, postea ea amplius peti non possit, ob verba dict. §. 2.

Und wo solches übergangen / soll niemand zur Zahlung der Morgengabe verpflichtet seyn.

2.) Quod si Fidejussor pro ea intervenerit, atque hic non intra annum & diem interpellatus fuerit de solvenda Morgengaba, hic ulterius conveniri non possit per §. 1. dict. Cap. I. verb.

Und der Mann so vor die Morgengabe gelobet hat / so er bey Jahr und Tag gemahnet wurde / soll er dafür thun was billig und recht ist wird er aber bey Jahres Frist nicht gemahnet / soll er der Sache und Bürgesuges loß und ledig seyn.

Quæst. II.

An Conjux Conjugi succedat ?

**A**ffirmatur de Jure civili, si scilicet matrimonium sit indotatum, defunctus dives, superstes inops, ita tamen, ut ratio habeatur coheredum, tam quoad numerum quam quoad qualitatem, eo effectu, ut Conjux interdum quartam suam partem vel portionem virilem pleno Jure capiat, interdum suæ portionis modo usumfructum Nov. 117. C. 5. Illustr. Dr. Stryk. d. Success. ab Intest. C. 5. §. 32. seqq. Uti a. ferme locus non est, ubi in casu successionis non speciale quid animadvertere liceret; Ita etiam hoc contingit Jure statutorio patrio. Equidem ibi respectus habetur, num liberi in matrimonio suscepti fuerint, nec ne? Ob sich die Ehe-Leute mit einander vererbet oder nicht? Tunc enim in casu, quo nulli liberi existerunt, uno Conjugum mor-

mortuo, omnia alterius defuncti Conjugis bona adproximos ejus heredes ab intestato devolvuntur, nisi quod in antecedentibus dicta Morgengaba statutaria ex bonis mariti exsolvenda sit uxori superstici. Verba statuti sunt *in d. S. 1. Cap. I. Von Erb-Fällen.*

Nimmt ein Mann oder Junger Geselle eine Frau / oder Jungfrau zur Ehe und hat mit ihr nicht Kinder noch Erben / verstirbt er eher denn die Frau / so soll ihr von seinen Gütern folgen ihre Morgengabe &c.

So ferne aber die Frau eher denn der Mann verstirbet / so folget ihr Gut / so sie mit Bewust zu ihm gebracht / ihren nechst angebohrnen Freunden / denen es völlig gegeben werden soll.

Exadverso altero existente casu, quo liberi à Parentibus fuerint geniti, Jure patrio sequentem in modum fit successio: Ut si uxor ante maritum moriatur, is omnium bonorum, i. e. tam illorum, quæ antea mariti propria fuerunt, quam illorum, quæ uxor habuit, consequatur duas partes, tertiam autem capiant liberi. Mortuo autem prius marito, uxor superstes pariter omnium bonorum accipit tertiam partem, duabus partibus reliquis ad liberos transeuntibus, juxta verba §. 8. d. Cap. Von Erb-Fällen:

Gewinnen aber zwey Ehe-Lente Kinder miteinander und Erben / so erlangt die Frau ihrer beyder Güter den dritten Theil / der Mann zwey Theil.

Quid si liberi quidem extiterint, ante Parentes a. rursus è vivis discesserint? Tunc illa pars, quæ uno Conjugis mortuo ad liberos pertinuisset, in totum pariter devolvitur ad Conjugem superstem, ita quidem ut nulla ratio habeatur bonorum vel ad res expeditorias, vel ad Geradam pertinentium, neque ejusmodi res ab aliquo peri queant, per verba Statuti §. 20. d. C. 17

Und

Und stirbet der Mann/der sich mit seinem Weibe also ver-  
erbet hat und daß seine Kinder / die förder nicht Kin-  
der hinterlassen/ vor Ihm todt seyn / so bleiben seine  
Theile samt dem Heergeräthe / bey seinem nachgelas-  
senem Ehe-Weibe in ihrem Drittheil.

Et §. 21. d. C. I.

Dergleichen ist auch mit der Frau / wo sie sich mit ihrem  
ehelichen Mann vererbet hat/und ihre Kinder die förder  
nicht Kinder hinterlassen/ vor ihr auch todt seyn/ so blei-  
bet das Drittheil mit der Gerade und Küsten-Gerä-  
the bey des Mannes zwey Theil und keiner ist des an-  
dern Freunden davon was zu geben / verpflichtet / son-  
dern erbet dasselbige sein Gut nach dem Tode alles auf  
seine nechste Freunde /

Ubi tamen adhuc observandum, cum Parentibus in bonis  
liberorum ad minimum debeatur legitima, cavè nullo mo-  
do a liberis regulariter possit adimi, neque eadem in Jure  
nostro statuario expresse sit adempta, hinc etiam eo in casu,  
ubi quidem Conjux Conjugi in integra bona existit heres,  
nihilominus tamen ex duabus partibus mariti, vel etiam  
tertia uxoris parte ( prout de legitimâ respectu mariti, vel  
uxoris quaeritur ) parenti superstiti legitima adhuc est relin-  
quenda Carpz. P. 3. C. 12. def. 1. 3. §. 4. nec aliter obviente ejus-  
modi casu in patriâ ante aliquot annos in certâ causâ pro-  
nunciatum fuisse, recorder.

Quest. III.

An etiam per Pacta possint acquiri  
hereditates ?

**N**egativa fundata est in Jure civili per L. 15. §. fin. C. d.  
Pact. Affirmativam vero Dd. communi Germaniâ Pra-  
xi introductam esse volunt vid. Muscul. Tract. d. Success.



convent. Hahn. de Jur. rer. concl. 69. Et simile quid in statutis patriis contineri videtur, additis tantum requisitis 1) ut ejusmodi pacta judicialiter sint inita 2) ut simul in utilitatem rei publicæ in illis aliquid fuerit destinatum, & 3) ut tantum certa pars in casu, si liberi prioris matrimonii adsint, possit transferri. Verba enim Statuti sunt in §. 4. seqq. dict. Cap. I. Von Erb-Fällen.

Wo aber beyde Mann und Weib ihre Güter vorm Richter und Schöppen einander haben auffgeben und ver schreiben lassen/ soll solches/wie es ver schrieben/ gehalten werden. Und soll mit Aufgaben von Ehe-Leuten also und folgender Gestalt beschaffen seyn: Hatt der Mann vorhin ein Weib zur Ehe gehabt und Kinder/ die annoch am Lebeben/ mit ihr gezeuget/ so mag Er seinem Weibe/ wo es in seinem Willen/ ein Dritttheil und nicht mehr in die zwey Theil seiner Gütter auff geben; hatt Er aber vorhin nicht Kinder/ und gewinnet mit derselben andern/ dritten/ vierdten Frauen auch nicht Kinder/ so mag Er dieweil Er bey guter Vernunft mit Vorbewust des Raths und Unvergessen des gemeinen Nutzens alle seine Gütter dem Weibe oder wem Er will/ zueignen. Dergleichen die Frau/ hatt Sie vorhin einen Mann zue Ehe gehabt und Kinder/ die noch am Leben/ mit Ihm gezeuget/ mag ihrem andern/ dritten und vierten Mann zwey Theil und nichts mehr auffgeben; Hatt Sie aber nicht Kinder/ so mag Sie/ weil Sie guter Vernunft ihr Gut mit Bewust des Raths/ und ungeressen des gemeinen Nutzens ihrem Ehemanne oder andern zuwenden/ wohin sie belieben hatt. Und was Mann oder Weib nach dem

B

Tode

Tode für Güter und Haabe inuerschafft hinter ihnen  
lassen / die nicht Kinder haben / soll erben auff ihre nech-  
ste Erb nehmen.

Quod autem communem præsentiam observantiam con-  
cernit, ipsi qui contrarium asserunt, illud præcipue inter  
conjuges valere urgent, ut in ipsis pactis dotalibus de futu-  
ra successione seu hereditate invicem convenire possint, eo  
ipso tamen, quando hic distinguunt inter pacta dotalia  
quæ in vim contractus; & inter illa, quæ in vim ultimæ  
voluntatis concepta sunt, vid. Carpz. P. 2. C. 43. D. 5. 6. An-  
dreas Kohl. *de pactis dotalibus* P. 2. v. 1. seqq. ac in hisce præ-  
ter requisita pactionis, quinque testes, aut insinuatio-  
nem ad Acta ac ultimæ voluntatis verba similesve cor-  
roboraciones requirunt, insuperque concedunt, quod  
una pars mortua vel autem in vita altera parte con-  
venta revocare possit, vid. Cothm. Vol. 2. Resp. 78. num. 169,  
Carpz. d. l. D. 10. 11. manifestum satis erit, per pacta qua  
talia promissum jus succedendi sive hereditatem non trans-  
ferri; quamvis concedamus, certa aut universa bona su-  
perstitii conjugi per verba contractus & donationis inter vi-  
vos, dilato saltem tempore solutionis in diem mortis trans-  
ferri posse; de quibus agunt supra all. Dd. loc. cit. & sic,  
licet in re ipsa a Doctoribus communiter non admodum  
dissentiamus, tamen insistendo accuratori sensui verbo-  
rum contradictionem involvere existimemus, jus suc-  
cedendi per pactum deferri, cum ante mortem alter  
radicatum jus non habuerit; sed demum heredita-  
rio jure illud consequi debeat, simul tamen illud jus  
ex pacto illi competere. Quod statutum patrium attinet,  
illud quoque requirendo judicalem auctoritatem, simul  
ali-

aliquod Legatum Reip. præstandum ac excipiendo bona postmodum acquisita, talia pacta sola conventionione non subsistere satis innuit, quamvis de cetero certa requisita hujus pactionis, singulariter requiratur, & in eo a jure & observantia communi recedat. Quibus observatis illud & hic obtinere existimo, quod tunc in vita altera parte tali conventioni contravenire non liceat, quorsum in primis pertinent verba in statutis posita: *auffgeben/ verschreiben/ zueiguen*. Utrum vero in casu successione ex hoc pacto, secundum Dn. Præsidis opinionem in diversis Disputationibus publicatam, quod scilicet heredi ab intestato Trebellianica sit concedenda nec ne? jam non definiam, sed in medio relinquo, quamvis opinio negans mihi magis recepta videatur. Quod tamen modo circa finem præcedentis quæstionis ratione legitimæ Parentibus debitæ ibidem monitum, hoc itidem per supra adductas rationes hic locum invenit, & quod neque talia pacta obstant, quo minus post mortem filii & filia nullisque relicto liberis vel nepotibus a superstitite parente legitima peti valeat. Num autem ex ejusmodi pactis, actus inter vivos vel ultimæ voluntatis sit clicendus? hoc ex literis hanc ob causam confectis sumendum. Quævis hic præterea tam ratione accedentis Curatoris Consensus, quam judicialis insinuationis atque alias circa hoc pactorum negotium utiliter adhibenda, suppeditat, Dn. Menck, *ad ff. Tit. 5. Pact. Dot. lib. p. 354.*

*Quæst. IV. nulli non magis non*

Num etiam Matri competat Ususfructus  
in bonis liberorum?

**N**egatur de Jure Civ. ob R. quia mater liberos non habet in potestate, cujus tamen Effectus respicit Ususfructum.

fructum §. 7. *Per Quas pers. C. L. 6. C. 3. Bon. qu. liber.*  
 Quid hac in parte Juris sit statutarii, nunc dispiendum,  
 Ubi licet expressis verbis Ususfructus matri non videatur  
 assignatus, alia tamen non deesse volunt argumenta & loca,  
 secundum qua etiam ad matrem pertinere Usufr. inferri  
 vult. Primo enim in §. 10. d. *Cap. 1. Von Erb. Fäll. se-*  
*quentia habentur verba:*

Und die Frau mag auch / dieweil Sie Wittibe bleibet / wo  
 es ihr Wille / mit ihren unmündigen Kindern / das  
 Kind / welches sich ehelich verendert / abrichten / Ihm seit  
 vermacht Geld aus den Gütern geben / und mit den  
 andern unmündigen Kindern in Besitz der Güter  
 bleiben / wo aber die Frau ehe denn der Mann verstor-  
 bet / so mag der Mann / dieweil er ein Wittber bleibet  
 und die Güter nicht geringert / ohne Hinternuß der  
 Kinder / so unmündig sind / und sich keines ehelich ver-  
 endert / der Güter gebrauchen.

Ubi dum possessio relinquatur uxori in bonis libero-  
 rum qui nondum matrimonium contraxerunt, & a pro-  
 priis uxoris bonis separati sunt, quorum pertinent dicta  
 verba:

Mit ihren unmündigen Kindern / das Kind / so sich ehelich  
 verendert / abrichten.

non etiam non Usufr. concedi videtur, qui & alias ordi-  
 nario sequitur ex possessione. Atque hoc assertum optime  
 suffragari videtur per §. seq. i. G. d. *Cap. 1.* qui sic se habet:

Es soll auch kein Weib / die ein Kind trägt / aus den  
 Gütern ihres verstorbenen Mannes gestossen werden /  
 her

ehe Sie des Kindes genesen ist / sondern ihre Zeit soll  
 ihr gelassen werden und so sie das Kind lebendig ge-  
 bühret / daß es getaufft oder die vier Wände beschrien/  
 soll sie sich im Gebrauch der Güter und ihres Dritt-  
 theils / wie oben vermeldet / halten.

Ex his enim non tantum patet, cum partus fuerit editus  
 atque vivus, tunc ad uxorem, uti supra adductum, tertiam  
 partem hereditatis spectare, sed etiam simul hic notanter  
 adjicitur: So soll Sie sich im Gebrauch der Güter und  
 ihres Dritttheils / wie oben vermeldet / halten.

Ubi quidem nunc in Genere matri fructio tam bonorum  
 ipsius matris, quam liberorum conceditur. Quodque hic  
 separatio bonorum non sit statuenda, illud etiam ex eo si-  
 mul evinci potest, cum hic §. 16. expresse se referat ad pæ-  
 cedentia, ubi autem, prout dictum §. 11. cautum erat, in  
 potestate matris esse situm, an in possessione tantum suæ i-  
 ipsius portionis, an una liberorum hereditatis permanere  
 velit? Quod non tantum in h. §. per relationem ad d. §. 11.  
 nunc repetitur, sed & insuper possessionis qualitas per vo-  
 cab. Gebrauch/ declaratur. Ideoque eo ipso etiam Usufr.  
 ex Jure Stat. matri competere, recte dicendum videtur. Nec  
 erit, ut objiciatur: Statuta saltim loqui: Von Gebrauch. Un-  
 de autem ad Usufr. non mox concludendum. Etenim, cur  
 per hoc vocabulum generale non pariter Ususfructus intelligi  
 possit? ratio in Contrarium non videtur ob stare. Dein-  
 de in confesso est: Patri ordinarie Usufr. in bonis libero-  
 rum adventitiis competere; Nihilo tamen secius Jus statu-  
 tarium, quando de bonis liberorum respectu patris loqui-  
 tur, per nullum aliud vocabulum Jus patris ratione Usus-  
 fructus competens, exprimit, quam itidem verb. Gebrauch  
 den.

**Item.** uti ex supra alleg. §. 11. circ. fin. patescit. Quæ omnia tantoque magis procedi volunt; quo minus ignotum, Dd. etiam uxori Usufructum in bonis liberorum quoad Jus Saxon. commune, quod pariter in Patria viget, alias assignare, B. Struv. *Syntagm. Jur. Civ. Exerc. 12. tb. 5. ibiq. Dd.*

Interim tamen haud negandum, multum hac in parte consuetudini tribuendum, atque secundum eam, si constans fuerit, etiam in tali casu Judicium formandum, cui & sic haftenus dicta non repugnabunt.

*Quest. V.*

Num ad Sponsalia minorum ut & foeminarum requiratur consensus Curatorum vel etiam Consanguineorum?

**N**egatur de Jure Civ., propterea, quia Curatores bonis atque rebus dantur non personis. Hinc etiam a minoribus matrimonium, quod omnino personale quid est, recte absque Curatoris Consensu contrahitur *L. 20. ff. d. Rit. Nupt.*

Affirmatur quaestio ex Jure statutario. Extat enim Textus §. 24. d. *Cap. 1. sequens:*

Dergleichen sollen den Wittiben auch Vormunden gegeben werden / welche und auch die Töchter / sollen hinter Bewußt und Bewilligung derselben Vormunden sich mit niemand verloben / so auch iemand ohne Bewilligung der Vormunden sie überreden oder belüstigen würde / daß sie sich mit ihm verlobten / den soll die Stadt Jahr und Tag verbotthen seyn und soll darein unerlaubt des Raths nicht kommen / darzu E. C. Raths Straffe gewärtig seyn.

Item

Item alius *Capit. 15.* Von Ehelichen Gelübden. *re. §. II.*

Vor allen Dingen sollen alle heimliche Gelübde/ so unbekant und unbefragt der Eltern/ Vormunden/ und nächsten Freundschaft mit Witiben oder Jungfrauen sich zutragen/ bey ernster poen und Straffe verbotthen seyn.

Ex quibus elucet, jure patrio, si actus frustratorius evitari velit, necessarium esse ad Sponsalia minorum ut & forminarum, consensum parentum, Curatorum illiusve qui proxima contingit Consanguinitate. Nec erit, ut contra dicta assurgatur: In dict. §§. Sponsalia quidem prohibita esse, quæ sine Consensu Curatorum inita, idque expresse sub Lege punitionis; At notum tamen esse, quod plane diversa sint: Actum aliquem prohibitum esse tantum sub lege punitionis, atque simul prohibitum esse, sub Lege annulationis & irriti. Hinc licet ejusmodi Sponsalia secundum Statuta omnino sint punibilia, non tamen pariter esse irrita, omnique Effectu destituta. Verum facilis est responsio: Quod superior allata distinctio in legibus civilibus, in quibus aliquid fieri vel non fieri præcipitur, suum perdat officium: Siquidem in his expresse cautum, non tantum illud, quod lege prohibente sit, non recte fieri, sed & penitus inutiliter fuisse susceptum atque pro nullo haberi, licet expressa poena annulationis haud fuerit adjecta per *L. 5. C. d. LL.* Unico adhuc observato, quod cum in Statutis dicatur: und nächsten Freundschaft/ ob strictam illorum interpretationem sufficere sit putandum, si tantum is, qui proxima Consanguinitate contrahentem contingit, ratione consensu non fuerit præteritus. Pariter sufficet, si tantum Parentes neglecto Curatorum vel aliorum consensu, in Sponsalia consenserint; ut & si deficientibus Parentibus

bus tantum Curatorum adfuerit Consensus : Quippe omnium Consensum conjunctim Statuta non præcise requirunt, hinc & sufficiens erit, modo in uno operentur, præsertim cum hac in parte a Jure civili deflectent,

*Quest. VI.*

Num mortuo Fratrem, relictis fratris sui vel Sororis suæ bilateralis liberis, isti soli capiant defuncti hereditatem, exclusis unilateralibus Fratribus & Sororibus?

**A**ffirmativa fundata est in Jure Civili per *Novell. 118. Cap. 3.*

Negativa vero in Jure patrio statutorio per §. 31. Tit. 1. Von Erb-Fällen. verb.

Der gestorbenen ungezweyten Brüder Kinder aber und die halben Brüder und Schwestern sind gleich nahe am Erbe zu nehmen,

*Quest. VII.*

An Testamentum extrajudicialiter factum subsistat?

**D**ubio hoc vacat in Jure Civili, utpote, quo prima differentia Testamentorum judicialium & extrajudicialium neminem non fugit,

Recedit autem hic Jus statutarium a Jure Civili: Siquidem ibi tantum approbantur Testamenta Judicialia, illudque sub poena nullitatis atque irriti, si aliter fuerit testatum, pariter & hoc superaddito requisito, ut in Testamento tali judiciali simul aliquid legeretur ad pias causas atque usus



publicos. Verba enim Statuti hanc in rem §. 2. 3. & 4. Cap.  
2. Von Testamenten. extant sequentia:

Und obwohl in eines jeden Menschen freyen Willen stehet ein Testament und letzten Willen zu machen / und auch zu widerruffen und zu verendern / wenn und so oft es ihm gefällig: So soll doch derselbe Mensch/ der sein Testament und letzten Willen bey gesunden Leibe oder im Sich-Bette machen will / das thun mit guter Verunfft/ mit wohlbedachten Muth und Vorwissen E. E. Raths / in Gegenwart zweyer oder mehr hierzu von E. E. Rath oder Gerichten erfordereten Personen / und erstlich bedencen / das ein ieder vornehmlich verpflichtet und schuldig ist / Gottes Lob und Ehre/ auch gemeinen Nutzen zu mehren und zu fördern.ꝛc.

S. seqv. 3.

Und da nun ein solch Testament/wie oben gemeldet / mit Bewust E. E. Raths an kräftiger Gerichts-Stelle/ oder im Sich-Bette in Beyseyn zweyer des Raths/ oder der Gerichten hierzu abgefertigten Personen/unvergessen Gottes Lob und Ehre auch des gemeinen Nutzens gemacht und geordnet wird/ das soll beständig und kräftig seyn / und in allen seinen Puncten und Articulis/ stet/ fest und unverbrüchlich gehalten werden.

Et S. ult. b.

Was aber sonst vor Testamente gemacht werden/ohne Vorwissen und Beyseyn des Raths oder Gerichten/ darinnen Gottes Ehre und gemeinen Bestens vergessen wird / die sollen keine Krafft noch Macht/ auch nicht den Nahmen eines Testaments haben/sondern vor nichtig und unbindig angesehen werden.

C

Liet

Licet autem Jure nostro statuario certa forma testandi sit praescripta, adeoque alia ultima voluntates praepriis obdiēt. §. fin. nullo gaudere videantur Effectu: Hæc tamen omnia de Testamentis modo dicuntur atque de illis sunt capiēda. Hinc & si quis in Patria secundum *L. ult. C. de Fideic.* mortis causa disponere velit, illud omnino subsistit, unde etiam causa *Hanns Döblers in Väterlicher Gewalt seiner vier unmündigen Kinder und Cons. contra Elisabeth Döblersin* in patria nuper agitata a Collegio Vitembergenſi non ratio habebatur Exceptionis non competentis actionis a Reo ob dictum Statutum loci opposita, quem casum notavit *D. Werner. in Elect. Conclus. Forens. Vitemberge. Mens. Sept. b. a. edit. Concl. 7.*

Quæst. VIII.

Num ex Jure Civili potestas competat, ob Consanguinitatem exercendi Retractum vel Jus προτιμωσιως in Capite Emptionis Venditionis?

**N**egatur, quia hac in parte silent Leges. Aliud hic cautum Jure statuario: quippe ibidem generaliter atque sine distinctione bonorum, proximis cognatis, & sic descendētib; ascendentibus vel collateralibus Jus istud conceditur. Verba enim Statuti sunt §. 2. *Cap. 3. Von Aufreichung der Güter &c.*

Und nachdem von Usherkommen und bey dieser Stadt ein löblicher Gebrauch gewesen/ daß in Kauffen und Verkaufſen an liegenden Gründen/ die nechsten Freunde vor einen Frembden den Zutritt haben/ soll es noch/ wie vor

vor alters jedoch nach Erkändtniß C. C. Rath's darbey  
bleiben.

Limitatio tamen habetur in ipso h. §. & quod tantum hoc  
Jus pertineat ad bona immobilia, adeoque si res mobiles  
fuerint, eaque maximi valoris & pretii, quæve alias haud  
raro cum immobilibus soleant comparari, non tamen ob  
has pariter competit Retractus vel Jus *πρὸς ἀποκρίσεως*. Sunt  
enim Statuta semper strictissimæ interpretationis, atque ul-  
tra verba non extendenda. Antequam ab hoc fiat discessus,  
adhuc notandum: Quod, cum in Statuto non simul sit ex-  
pressum, ad quod tempus Jus illud competat, standum hinc  
erit Juri communi, adeoque tantum intra annum supererit  
Exercitium, II. F. 26. §. Titius Filios, eumque utilem non  
continuum Carpz. P. 2. C. 32. d. 6. ut & annum civilem non  
Saxonicum, cum ex Jure communi hæc præscriptio sit  
transumpta 2. P. 2. Const. Elect. 32. §. Woaber. ibique Carpz.  
d. 4. C. P. 2. C. 10. d. 3.

Quæst. IX.

Quid si alicui damnum datum, quomodo  
hoc vindicandum & resarciendum?

**I**N Jure civili regulariter secundum L. Aquiliam, atque  
vel ex ejus Capite primo vel tertio, prout damnum  
ad hoc vel illud referendum, *per Jur. vulgat.* Spéciale  
quid circa hanc rem exhibet Jus patrium; quippe in co-  
salubriter cautum: Quod si damnum in hortis, pratis, vel  
agris datum, distinguendum sit: inter damnum quod di-  
ctis in locis die & nocte commissum. Si prius fuerit factum,  
C. 2. poena

poena statuta est dupli; sin posterius poenā obrinet quadrupli, secundum verba Statuti §. 3. Cap. 4. Von Gebäuden im Wesen zuerhalten.

Es soll auch niemand in Gärten/ auf Wiesen oder Acker Schaden zu thun/ unterstehen/ thut es aber jemand und geschehe bey Tage/ so soll der Schade zwiefach gelten/ geschehe es aber bey der Nacht/ so soll der Schaden vierfach gegolten werden/ und der ihn thut/ soll in E. C. Rath's Straffe gefallen seyn.

Quaest. X.

Quid, si ex coenaculo vel ædibus quid dejectum vel effusum, ubi vulgo iter fit, eoque prætereunti damnum datum, quomodo hoc resarciendum?

**J**ure civili, si constet quis damnum intulit, contra illum, ut autorem, actio datur ex L. Aquil. §. 1. J. d. L. Aquil. Sin minus inhabitator convenitur actione in factum de dejecto vel effuso, ad duplum damni dati §. 1. J. d. Oblig. qv. ex del. §. L. 1. §. 4. ff. eod. Nisi liber homo fuerit occisus, eo enim casu agitur ad poenam 50. aureorum, si tantum læsus ad id quod interest dicit. §. 1. §. L. 5. §. 5. ff. de his qv. effud. &c. Quid hac in parte ratione hominis occisi Juris sit Saxonici, videri potest ex Carpz. Pr. Crimin. Q. 34. §. P. 4. Co. 11. d. 1. §. seqq. it. Dn. Schilter, Exerc. 19. ad ff. th. t. 4. §. seqq. Differentia autem hic occurrit, Jure Statutario: Quippe ibid. tantum poena ad interesse contra inhabitatorem statuta, adjecta simul adhuc poena Magistratus arbitraria, per §. 3. Cap. 5. Von Gassen reinzuhalten/ cujus verba:

Und

Und so iemand also auff die Gassen/ da gemeinlich pflegen  
Leuthe gehen/ bey Tag und Nacht ausgöffe/ schüttete o-  
der würffe/ und iemands dadurch an seinem Leibe oder  
Kleidern beschädigt würde/ so soll der Besizer des Hau-  
ses/ daraus solches geschehen/ den Beschädigten seines  
Schadens Erstattung zuthun schuldig und in poen des  
Raths gefallen seyn/ oder die Person/ welche solches ge-  
than/ vor dem Schaden Wandel zu thun/ fürstellen.

Retentio tamen sic Jure civili, ut, si constet, quis dejece-  
rit, adversus ipsum actio datur.

Atque hæc sunt, quæ ex Jure patrio discrepanti à Jure ci-  
vili animadvertere libuit. Et si vel maxime dari adhuc non-  
nullas alias differentias, non diffitear, eas tamen ita depre-  
hendo comparatas, ut præsentî negotio, per quod potissi-  
mum eas, ob quas facile inter Litigantes provocatur ad Ju-  
dicem, evolvere placuit, parum aut nihil inservire valeant;  
Præprimis, cum & reliquæ istæ differentia vel respiciant of-  
fîcium Magistratus circa hanc vel illam poenam dictitandam,  
vel tamen circa rem haud magni momenti versentur.

Nihil reliquum, quam ut voto concludam ardenti: Ve-  
lit Divina Clementia Magistratum civitatis patriæ Splendidis-  
simum, Amplissimum, Studiorum meorum Statores æternum  
suspiciendos, omni felicitatis genere beatum reddere ac con-  
servare, quo ita non tantum Jura patra salubriter condi-  
ta, suo semper gaudeant justitiæ Effectu; sed & tota Univer-  
sitas fructus rei publicæ bene constitutæ copiosissimos in  
ulteriora tempora bono Omine ac Successu sibi certo  
certius polliceri queat, atque sic in nullis non  
negotiis exoptatus adit

F I N I S.

## COROLLARIA.

I.

**P**ER Recessus Imperii vel mores hodiernos  
differentia inter tutelam testamentariam,  
legitimam & dativam, item inter tutorem  
patre vel a matre datum non est sublata.

II.

Legitima Tutela ne quidem de Jure novissi-  
mo in matrem devolvitur.

III.

Per competentem servitutum prædialium Do-  
mini usus per se non excluditur.

IV.

Sola promissio de donando, licet de certa re  
vel quantitate concepta sit, de Jure civili ne  
quidem ex l. 35. §. fin. C. d. donando effica-  
cem actionem producit.

V.

Neque Jure Canonico ad præscriptionem a-  
ctionum personalium bona fides necessaria  
est.

VI.

VI.

Pœna Carceris publici valide remittitur a majori Creditorum numero, etsi ratione Juris & Prioritatis inter se discrepent.

VII.

Ob Feudum, quod in literis investituræ francum appellatur, haud constans sequitur illatio ad simultaneam filiarum cum filiis successione.



VI  
Hoc in Carce habet velle remanere  
non credendum nunc est christianis  
Ihoris iure se dicitur

Op ferunt quod in hunc in effluat  
cum appellat hunc contra legem  
Iuris ad ministerium cum  
remanere





ULB Halle

3

001 512 765



sb







10851

Q. D. P. V.

1807

2

84

DISSERTATIONEM INAUGURALEM JURIDICAM  
QUA

**DIFFERENTIA  
JURIS STATUTARII  
ZITTAVIENSIS A JURE  
CIVILI**

*in Lipsia, per Casp. Hoffmanni  
Jus. 7. III. p. 183*

EVOLVITUR,  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

**DN. PHILIPPO WILHELMO,**  
PRINCIPE BORUSSIAE, MARCHIONE BRAN-  
DENB. CETERA,  
AUCTORITATE ILLUSTRIS JCTORUM ORDINIS,  
PRAESIDE

**DN. HENRICO BODINO,**  
REGIM. ECCLES. REGII IN DUCATU MAGDEBURG.  
CONSILIARIO, PROF. PUBL. CELEBERRIMO  
ET h. t. DECANO.

IN ALMA FRIDERICIANA REGIA  
PRO LICENTIA

Summum in JURE Gradum & PRIVILEGIA DOCTORALIA  
rite capeffendi

IN AUDITORIO MAIORI  
Horis ante & pomeridianis  
Die Decembr. MDCCVII.

Publicæ Eruditorum disquisitioni submittit

**JOH. CHRISTIAN JOHNE,**  
ZITTAU. LUSAT.

HALAE MAGDEBURGICAE,  
Typis JOANN. GRVNERI, Acad. Typogr.